Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8478
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

omne est. Illi omne est
Si enim quis videbit eum
in idolio sedentem apud mensam
huius scandalizatur aut conturbatur iam non secundum
caritatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo
xps mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nrm
Non est enim regnum dei esca et potus sed iustitia et pax
et gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit
xpo placet et probatus est hominibus. Itaque pacem sectemur
et que ad edificationem sunt mutuam custodiamus
Noli propter escam destruere opus dei. Omnia quidem
munda sunt sed malum est homini qui per offendiculum man
ducat. Bonum est non manducare carnem et non bibere
vinum neque in quo frater tuus offendit aut scandalizatur
aut infirmatur. Tu fidem habes penes temetipsum
habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in
eo quod probat. Qui autem discernit si manducauerit
damnatus est quia non ex fide. Omne autem quod non
est ex fide peccatum est.

XV

Debemus autem nos firmiores imbecillitates
infirmorum sustinere et non nobis placere. Unus
quisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad edificationem
etenim xpus non se placuit sed sicut scriptum est. Opprobria
imprecantium tibi cecciderunt super me. Quecumque enim scripta sunt
ad nostram doctrinam scripta sunt ut per patientiam et consolationem scriptu
rarum spem habeamus. Deus autem patientie et solatii
det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum xpum. Ut
unanimes uno ore honorificetis dm et patrem dni nri
ihu xpi. Propter quod suscipite inuicem sicut et xpus suscepit
nos in honorem dei. Dico enim xpum ihum ministrum fui
se circumcisionis pro veritate dei ad confirmandas promi
siones patrum. Gentes autem super misericordia honorare dm sicut
scriptum est. Propter hoc confitebor tibi in gentibus dne et
nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cum plebe
eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dnm et magnificate
eum omnes populi. Et rursum isaias dicit. Erit radix iesse
et qui exurgit regere gentes in eum gentes sperabunt. Deus
autem spei repleat nos omni gaudio et pace in credendo ut
habundetis in spe et virtute spiritus sancti. Certo sum autem
fratres mei et ego ipse de vobis quoniam et ipsi plenissimi estis dilectione
repleti omni scientia ita ut possitis alterutrum monere.
Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte tamquam in memo
riam vos reducens propter gratiam que data est mihi a deo ut
sim minister xpi ihu in gentibus sacrificans euangelium dei
ut fiat oblatio gentium acceptabilis in spiritu sancto. Ha
beo igitur gloriam in xpo ihu ad deum. Non enim audeo aliquid
loqui eorum que per me non effecit xpus in obedientiam gentium
verbo et factis in virtute signorum et prodigiorum in virtute spiritus
sancti ita ut ab ihlm per circuitum usque ad illyricum repleuerim
euangelium xpi. Sic autem hoc perdicauerim euangelium non ubi
nominatus est xpus ne super alienum fundamentum edificarem
sed sicut scriptum est. Quibus nondum est annuntiatum de
eo videbunt et qui non audierunt intelligent. Propter quod et
impediebar plurimum venire ad vos. Nunc vero ulterius lo
cum non habens in his regionibus cupiditatem autem hanc
veniendi ad vos iam ex multis iam annis precedentibus
cum in hispaniam proficisci cepero spero quoniam preteriens vi
deam vos et adducar a vobis illuc si vobis primum ex parte
fruitus fuero. Nunc igitur proficisci ihlm ministrare sanctis
Placuerunt enim macedonia et achaia collationem aliquam fa
cere in pauperes sanctorum qui sunt in ihlm. Placuit enim eis et
debitores sunt eorum quoniam si spiritualium eorum participes facti sunt gentes
debent et in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum
consummauero et assignauero eis fructum hunc proficiscar per
vos in hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos in ha
bundantia benedictionis xpi veniam. Obsecro autem vos
fratres per dnm nrm ihum xpum et per caritatem spiritus sancti
ut adiuuetis me in orationibus pro me ad dm ut liberer
ab infidelibus qui sunt in iudea et obsequium meum ob
latio acceptum fiat in ultima sanctis ut veniam ad vos in
gaudio per voluntatem dei ut refrigeretur cum vobis. Deus autem
pacis sit cum omnibus vobis amen.

XVI

Commendo autem vobis phebem sororem nostram que
est in ministerio ecclie que est cenchris ut
eam suscipiatis in dno digne sanctis et assista
tis ei in quocumque negotio vestro indigueritis. Et enim ipsa
quoque astitit multis et mihi ipsi. Salutate prisciam et aqui
lam adiutores meos in xpo ihu qui pro anima mea suas
ceruices suas supposuerunt. Quibus non solus ego gratias
ago sed et omnes ecclie gentium et domesticam eorum ecclia
Salutate epenetum dilectum mihi qui est primitiuus asie in
xpo ihu. Salutate mariam que multum laborauit in nobis
Salutate andronicum et iuliam cognatos et concaptiuos
meos qui sunt nobiles in apostolis qui et ante me fuerunt
in xpo. Salutate ampliatum dilectissimum mihi in xpo in dno
Salutate urbanum adiutorem nrm in xpo et stachym dile
ctum meum. Salutate apellen et probum in xpo. Salutate
eos qui sunt ex aristobuli domo. Salutate herodionem
cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex narcissi domo
qui sunt in dno. Salutate tryphenam et tryphosam que
laborant in dno. Salutate persidam carissimam que multum
laborauit in dno. Salutate rufum electum in dno et matrem
eius et meam. Salutate asincritum flegontam hermen
patrobam hermam et omnes qui cum eis sunt fratres. Sa
lutate philologum et iuliam et nereum et sororem eius et
olimpiadem et omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate in
uicem in osculo sancto. Salutant uos omnes ecclie. Rogo autem uos
fratres ut obseruetis eos qui dissensiones et offendicula
contra doctrinam quam didicistis facitis et declinate ab illis. Hiis
enim xpo dno nro non seruiunt sed suo ventri et per dulces
sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra
enim obedientia in omnes locum diuulgata est. Gaudeo igitur in uobis sed uolo uos sapientes esse in bono et
simplices in malo. Deus autem pacis conteret satanam sub
pedibus vestris velocitate. Gratia dni nri ihu xi sit uobiscum. Sa
lutant uos timotheus adiutor meus et lucius et iasonem et
sosipater cognati mei. Saluto uos ego tertius qui scri
si epistolam in dno. Salutat uos gaius hospes meus et
uniuersa ecclie. Salutant uos erastus archarius ciuitatis
et quartus frater. Gratia dni nri ihu xpi cum omnibus uobis
amen. Ei autem qui potest confirmare uestra euangelium et predicationem ihu xpi secundum
reuelationem mysterii temporibus eternis
tacti quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum
preceptum eterni dei ad obedientiam fidei in cunctis gen